



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Sed, si rem alienam quæ incendio, vel aliter peritura erat apud Dominum auferam, & post elapsum periculum non statim restituam, & postea apud me pereat, non jam peritura apud Dominum, an teneor ejus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

secutum, non aliud 2. L. 14. ff. *Depos.* Statuitur enim, qui renuit depositum reddere, non teneri pretium restituere, si res deposita interea naturali interitu pereat, licet tamen casus fortuitus moræ culpabili imputetur: & L. ult. ff. *ad Legem Rhod.* Statuitur, quod si navem conduxerim ad merces meas convehendas, ipse verò nauta me invito & mala fide merces meas in navem deteriore[m] transtulerit, cum qua merces meæ perierint, teneatur mihi de hoc damno, si altera navis salva evaserit; sed non teneatur si ambæ naves eâ navigatione perierint, quia æquè merces meæ in priori navi conductâ periissent. Hoc autem discrimen inter hunc casum, & præcedentem affert Layman, quod in primo, non in secundo injustus possessor sit causa interitûs rei.

Sed si rem alienam quæ incendio, vel aliter peritura erat apud Dominum auferam, & post elapsum periculum non statim restituam, & postea apud me pereat, non jam peritura apud Dominum, an teneor ejus pretium restituere?

Resp. Aff. Ita omnes. Quia res illa à periculo libera, & secuta ad Dominum pertinebat, & sic ei statim tunc reddi debuit: quare si non fuit reddita, injuria ipsi facta fuit per injustam detentionem, quæ fuit causa damni, nam apud Dominum non amplius periisset.

Q. 10. An ratione injuriæ restitutio facienda est juxta summam estimationem, quam res à tempore detentionis habuit?

H 4

Resp.